

DVX SERENISSIME

DOMINE INDVLGENTISSIONE!

Omnium ore et laudibus celebratur, Dvx SERENISSIME, incredibile illud TvvM studium, quo cum litteras artesque omnes, tum sacras maxime iam a multis inde annis colere et amplecti consueuisti. Iam equidem cum hunc epistolarum D. Paulli codicem manu scriptum sumtibus meis editurus, diu mecum reputasse, cuius potissimum praesidio et au<sup>t</sup>oritate munitum in lucem emitterem, non visus est mihi vlliis nomine magis commendari posse et illustrari, quam PRINCIPIS ILLIVS, qui cum ceteris, quae Principem Optimum ornant virtutibus, immortalem gloriam est consecutus, tum vero hanc SIBI laudem habet prorsus peculiarem, quod studio biblico augendo et adiuvando omnem operam mentemque dicauit. Ad TE igitur, Dvx SERENISSIME, delegare ausus sum librum huncce, insigne critics sacrae noui foederis adiumentum; primum quidem ipso audaciae meae ac temeritatis sensu grauissimo deterritus, at mox insigni illa facilitate et clementia Tva excitatus, quae vel tenuissima munuscula, praesertim, quae ad rem litterariam ornandam faciunt, benignissime accipere  
confue-